

dimidium schok ovorum singulis annis solvunt, ita ut medietas eiusdem census detur in festo purificationis beatae virginis, reliqua vero medietas in festo beatae Walpurgis subsequenter, ova quoque in festo paschae solvuntur. In villa vero Colne in festo beati Egidii Hermannus de Mutschin tredecim solidos et quatuor denarios cum dimidio, Henricus de Pigauia novem solidos et unum denarium, relicta Saxonis septem solidos denariorum, Henricus Kezzilbir quatuor solidos, Jacobus Sebenicz duos solidos denariorum, Ceske tres denarios, Henricus piscator tres denarios, Jentsco de Litsnitz viginti denarios et Petrus dictus Kezzilbir unum denarium singulis annis solvunt. Ut igitur haec nostra donatio, renunciatio ac omnia et singula praemissa in suo vigore iugiter perseverent, praesentes litteras reverendi in Christo patris et domini . . Misnensis episcopi necnon honorabilium virorum dominorum . . praepositi . . decani et totius capituli ibidem ac nostro proprio volumus communiri. Nos quoque dei gratia Withego episcopus, . . praepositus . . decanus et capitulum praedicti ad memorati decani Maguntinensis, canonici Misnensis petitiones instantes, sigilla nostra una cum suo praesentibus duximus appendenda. Actum et datum Misnae anno domini millesimo CC°. LXXX°. primo V°. Idus Julii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit drei an Pergamentstreifen hängenden sehr wohlerhaltenen Siegeln des Bischofs, des Capitels und des Mainzer Dechanten Gebhard.

No. 300. 1291. 6. Aug.

*Markgraf Friedrich von Landsberg eignet der Domkirche Zinsen zu Cölln bei Meissen (Vorbrücke).*

Fridericus dei gratia Misnensis, Orientalis et de Landesberch marchio omnibus in perpetuum. Ne ea quae fiunt in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in ora testium et scripturae memoria perhennari. Hinc est, quod omnibus tam praesentis, quam futuri aevi Christi fidelibus volumus esse notum, quod ad instantiam Henrici de Zweyn nostri prothonotarii et archidiaconi Nysycensis, ob honorem omnipotentis dei et remedium animae nostrae ac nostrorum progenitorum, duodecim solidos denariorum annuae pensionis de viginti quatuor areis, situs in villa Colne ante pontem Misne dandis, ita videlicet, quod de qualibet area dentur annis singulis sex denarii Vribergenses in festo Walpurgis, ecclesiae Misnensi donavimus, concessimus et appropriavimus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendos, nobis ac nostris heredibus in praedictis denariis nihil iuris ab hac hora in antea vendicantes. Ne autem super hac nostra donatione rite et rationabiliter per nos facta alicui dubium valeat suboriri, praesentem paginam in evidens testimonium praemissorum nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Huius rei testes sunt nobilis vir Albero buregravius de Lyznik, Thymo Knut, Th. Pubs, H. de Trebecin senior, Conradus de Luppe, Th. de Hunsberch et alii quam plures fide digni. Datum Misnae anno domini M°.CC°.LXXXI°. in die beati Syxti.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Reitersiegel des Markgrafen an einem Pergamentstreifen.

Wilkii Ticemannus. Cod. dipl. p. 95.